

**ACTA TRIBUNALIUM SANCTAE SEDIS
ROMANAE ROTAE TRIBUNAL**

Sententia definitiva diei 4 octobris 2012*
coram R.P.D. Gregorio Erlebach, Ponente
Panormitana
A. 129/2012

1. – **Facti species.** – Partes in causa, nempe Aloisius, natus a. 1965, et Anna, orta a. 1963, ambo catholici, sese cognoverunt mense februario a. 1999 per communes amicos. Mutua sympathia capti, relationi affectivae locum dederunt.

Cum autem mulier iuncta erat in facie Ecclesiae vi matrimonii die 22 iunii 1991 celebrati cum Marco, relate ad

* La figura invalidante del dolo — l'inganno provocato per ottenere il consenso, di una delle parti, al matrimonio — è una novità all'interno del sistema delle nullità matrimoniali che viene adoperata piuttosto raramente nella prassi dei tribunali ecclesiastici. Una delle ragioni sta probabilmente nel fatto che la prova processuale dell'errore doloso, a differenza di altre figure di errore, richiede la dimostrazione di una simultanea presenza dei quattro elementi essenziali di questa figura: dell'azione dolosa, dell'errore in cui cade la vittima dell'azione dolosa, di un determinato fine dell'azione dolosa e, infine, della qualità che sia l'oggetto dell'azione dolosa e dell'errore della persona ingannata.

La presente sentenza rotale *coram* Erlebach, oltre ad offrire un esempio di una puntuale applicazione processuale della norma sostanziale del can. 1098, affronta due questioni che hanno non poco rilievo per l'interpretazione del can. 1098. Una riguarda il grado di consapevolezza o di certezza che il *deceptor* debba avere circa l'esistenza della qualità che può perturbare gravemente la comunità di tutta la vita: deve

quod obtinuit die 15 octobris 1998 sententiam divortii, dum separatio de facto instituta erat mense iunio a. 1993, ad recuperandum statum liberum etiam in ordine iuris canonico, Anna instituit die 10 maii 1999 causam nullitatis dicti matrimonii apud Trib. Reg. Siculum ex capite exclusi a seipsa boni prolis. Haec nullitas revera declarata est ope sententiae definitivae diei 21 iulii 2000, rata dein habita decreto confirmatorio Trib. Reg. Campani diei 25 iulii 2001.

Quidquid est de qualitate relationis inter Annam et Aloisium, haec interrupta est a viro mense novembri a. 2000 ob incomprehensiones enatas inter partes post decessum patris Aloisii. Ast martio a. 2001 resumpta est — ex instantia viri — relatio inter partes, quae devenerunt quoque ad intimitates sexuales. Deindeque die 10 octobris 2001 matrimonium ritu canonico contraxerunt in urbe Panormitana.

Haud obstante recursu ad medicos, mulier praegnans non evasit. Cum ergo vir certitudinem ceperit prolem ex suo matrimonio per media naturalia oriri non posse, mense octobri a. 2004 instituit separationem quae definitiva devenit.

2. — Die 7 octobris 2004 Aloisius, iuvante Patrono fiducia, expetivit a Trib. Eccl. Reg. Siculo declarationem nullitatis sui matrimonii, adducens capita deceptionis dolosae sibi illatae et condicionis de futuro ex parte eiusdem viri actoris circa capacitatem procreativam mulieris conventae.

esserci una certezza o basterebbe anche uno stato di dubbio riguardo a tale qualità?

L'altra questione, senz'altro molto più importante, riguarda la qualità in se stessa considerata. Essa affetta ordinariamente solo una delle parti. Il Ponente affronta, invece, la fattispecie della qualità «complessa», quella cioè che riguarda ambedue le parti che si sposano; anzi, che permette di far valere il can. 1098 solo in presenza della qualità in entrambe le parti. Nel caso in esame si tratta della cosiddetta «thalassemia minor», ossia «anemia mediterranea», ma la fattispecie della «qualità complessa» può verificarsi anche nel caso di alcune altre malattie genetiche.

Constituto Tribunali et rite positis actibus praeliminaribus, obiectum iudicii statutum est sub formula sequentis dubii: «Se risulti la nullità di questo matrimonio: 1) per condizione “de futuro” circa la capacità procreativa della Convenuta, apposta dall’Attore a norma del can. 1102 §1 del C.D.C.; in subordine: 2) per dolo ordito dalla Convenuta nei confronti dell’Attore, a norma del can. 1098 del C.D.C.».

Post implexam causae instructionem, in qua partes per fas et nefas proprias sustinuerunt positiones, aditum Tribunal emisit die 20 iulii 2007 sententiam definitivam pro vinculo ex utroque nullitatis capite. Actor tamen statim appellationem interposuit ad Rotam Romanam.

Apud H. A. F. utraque pars proprium sibi constituit novum Patronum fiducia et die 21 februarii 2008 sequens statutum est obiectum iudicii: «An constet de matrimonii nullitate, in casu, ob condicionem de futuro a viro appositam circa capacitatem procreativam mulieris atque, subordinate, ob dolum in Actorem patratum». Secuta est ulterior causae instructio et adquisita sunt acta praecedentis causae nullitatis matrimonii mulieris conventae. Absoluta interea phasi discussoria, Nostri est hodie respondere ad dubium modo statutum.

DE CONDICIONE

3. – **In iure et in facto.** – Formula dubii adhibita hoc in iudicii gradu sequitur illam statutam in prima instantia (cf. can. 1639 §1). Ast non effugit difficultas in determinatione primi capitis quia condicio circa capacitatem procreativam habenda est potius uti condicio de praesenti (cf. can. 1102 §2), nisi Actor revera intendere voluisset capacitatem procreativam Conventae in futura vita matrimoniali.

Quidquid tamen est, Cl.mus Patronus viri actoris honeste admisit in Restrictu iuris et facti hoc caput probatum non esse. Ipse enim Actor declaravit in vadimonio iudiciali

uti sequitur: «Non ricordo se il parroco [...] mi abbia chiesto se intendevo porre delle condizioni a questo matrimonio. Comunque, se me lo avesse chiesto, avrei risposto di no, in quanto ero sicuro che mia moglie mi avrebbe potuto dare dei figli, in quanto lei mi garantiva che era in grado di concepire dei figli».

Vir actor, revera, declaravit etiam in eadem depositione se amicis desiderium obtinendi prolem rettulisse, immo, uti affirmat, «ho detto loro che se Anna non mi avesse dato dei figli, io avrei interrotto la convivenza matrimoniale» — dum prius iam dixerat: «il matrimonio si sarebbe potuto sciogliere per me se non fossero venuti dei figli» —, et Iudici sciscitanti pressius explicavit: «Prima del matrimonio, ho detto queste precise parole anzitutto ad Anna, e poi a tre persone: Fabio, Nicola, e Ignazio». Ast, uti admittere debuit hodiernus Patronus viri actoris, «primus testis auditus non fuit, alterus testis nihil dicit; tantummodo tertius testis Actoris verba confirmat [...], una cum viri fratre, qui vero loquitur ex scientia post-nuptiali [...]». Conventa negat Actorem hanc conditionem apposuisse».

Sese opponentibus quoque Cl. Patrono mulieris conventae et R. D. vinculi Defensore ad casum deputato, rite quidem adducentibus alia quoque argumenta in facto, statim absolvere possumus hoc caput utpote manifeste non probatum.

DE DOLO

4. — **In iure.** — Error in qualitate contrahentis qui non recidit in condicionem sine qua non (can. 126) vel non assumit formam erroris subiective substantialis (cf. secundam partem can. 1097 §2), matrimonium non irritat, etsi det causam contractui (cf. primam partem can. 1097 §2). Potissime tamen ratione protegendae libertatis in eligenda persona uti comparte in matrimonio ineundo, Legislator ir-

ritantem statuit legem in can. 1098, per quam protectionem obtulit in casibus peculiariter gravibus erroris accidentalis, dolo nempe causati. Quam ob rem, «Qui matrimonium init deceptus dolo, ad obtinendum consensum patrato, circa aliquam alterius partis qualitatem, quae suapte natura consortium vitae coniugalis graviter perturbare potest, invalide contrahit» (can. 1098).

Ad matrimonii nullitatem declarandam in casu deceptionis dolosae invocatur caput doli, ast non sufficit solus dolus in unum ex contrahentibus patratus. Ad mentem can. 1098 opportune distinguuntur quattuor elementa essentialia, quae una simul componunt hanc nullitatis figuram: (a) actio dolosa, (b) error in quem incidit victima actionis dolosae, (c) determinatus finis actionis dolosae, denique (d) qualitas utpote obiectum actionis dolosae et erroris. Quae omnia iam pluries explicata sunt apud Doctores et in iurisprudencia rotali; cf. L. Ghisoni, *La decezione dolosa (can. 1098) secondo la giurisprudenza della Rota Romana: rilievi sistematici*, in *Quaderni dello Studio Rotale* 14 (2004), pp. 66-83; M. T. Romano, *Il dolo (can. 1098)*, in *La giurisprudenza della Rota Romana sul consenso matrimoniale (1908-2008)*, Studi giuridici – 83, LEV, Città del Vaticano 2009, p. 85-104. Satis sit ut heic mentem vertamus solummodo ad singula quaedam elementa, casum prae manibus pressius respicientia.

5. – Ad actionem dolosam quod attinet, firmo manente principio iuxta quod non solum dolus commissivus sed etiam dolus omissivus cadit sub praevisione normativa can. 1098, poni potest quaestio circa gradum certitudinis requisitae in deceptore circa existentiam qualitatis quae consortium totius vitae graviter perturbare potest. Ordinarie consideratur solummodo certitudo vel saltem persuasio circa existentiam huiusmodi qualitatis in animo dolum exercentis. Quid autem, si deceptor dubitat utrum illa qualitas revera exsistat an non?

Solutio statim patet si perspiciatur ratio canonis. Etsi aliqui censuerunt rationem can. 1098 esse sanctionem adversus decipientem, longe praevalens est tamen thesis iuxta quam ratio, ob quam Legislator statuere voluit canonem 1098, esse protectionem libertatis in eligenda persona contrahentis (cf. M. T. Romano, *La rilevanza invalidante del dolo sul consenso matrimoniale (can. 1098 C.I.C.): dottrina e giurisprudenza*, Tesi Gregoriana – Serie Diritto Canonico – 44, Ed. PUG, Roma 2000). Quam thesim et Nos admittimus. Ergo dicendum est can. 1098 statutum esse uti quandam decepti tutelam, vi cuius declarari potest matrimonii nullitas, omnibus concurrentibus elementis in praefato canone in casu concreto probatis. Ergo ad supra positam quaestionem quod attinet, parum refert gradus certitudinis decipientis circa determinatam qualitatem, quae fit obiectum actionis dolosae; interest autem ante omnia effectus quem parit dolus, nempe error in persona decepta. Ergo consequitur etiam in casu dubii positivi et probabilis ex parte deceptoris sustinendam esse deceptionem ad mentem can. 1098 patratam, quod magni momenti est praesertim in casu doli omissivi. Non ita est tamen dicendum — et quidem varias ob rationes — in casu merae possibilitatis remotae vel dubii quod non assurgit ad dubium positivum et probabile.

6. — Quod attinet autem ad qualitatem, utpote obiectum deceptionis et erroris in persona decepta, nempe «aliquam alterius partis qualitatem, quae suapte natura consortium vitae coniugalis graviter perturbare potest» (can. 1098), ad mentem ipsius textus legis fieri debet in primis interpretatio obiectiva eiusdem qualitatis (cf. «suapte natura»), sed pacifica est hodie etiam eius aestimatio subiectiva. Ordinarie his in disceptionibus praesupponitur solummodo qualitas «simplex». Quid autem in casu qualitatis «complexae», talis scilicet quae componitur exsistentia duarum saltem «sub-qualitatum», etsi

eiusdem generis, dummodo pertinentium ad diversas personas? Exemplum habetur in casu morbi nuncupati «thalassemia minor» («thalassemia» dicitur etiam «thalassaemia», ital. «talassemia»; aliquando vocatur quoque «anemia mediterranea»).

Thalassemia maior, ex se constituit qualitatem, quae consortium totius vitae graviter perturbare potest (cf. coram Exc.mo Pompedda, decr. conf. diei 26 iulii 1996, RRDec., vol. LXXXVIII, p. 585, n. 7), attento quod constituit gravem morbum cum consecariis haud parvi momenti sive sub aspectu adhibendae curae suiipsius sive pro prole fortasse nascitura. Haud obstante magno progressu scientiae medicae, in praesentiarum nondum datur curatio resolutive huius morbi: «Despite intensive clinical and scientific investigation of thalassaemia — a molecular disease that is perhaps better understood than any other — attempts to improve its management and to develop targeted drug therapy have not yielded a clear breakthrough» (D. R. Higgs – J. Douglas Engel – G. Stamatoyannopoulos, *Thalassaemia*, in *Lancet* 2012, 379, p. 381 [www.thelancet.com, vol. 379, die 28 ianuarii 2012]).

Aliter est tamen in casu thalassemiae minoris, cum nempe quidam est, ital. dicto, «portatore sano». His in casibus, illa condicio morbosa, quae habetur ex defectu genetico unius gen [ital. «gene»], ordinarie non secumfert peculiarem difficultatem pro vita cotidiana subiecti hac anomalia affecti. Quaestio tamen ponitur pro prole nascitura si ambo genitores affecti sint thalassemia minore. Docemur ad rem: «Lo stato di portatrice di talassemia richiede la necessità di controllare che l'altro componente della coppia non sia anch'egli portatore della stessa malattia. Nel qual caso esiste la probabilità del 25% che il concepito fosse affetto da talassemia major, una grave malattia ematologica» (dr. Bruno Pinzello, declaratio facta hac in causa).

In casu huiusmodi qualitatis complexae, solummodo qualitas integra — in adhibito exemplo thalassemiae mi-

noris praesentis in utroque coniuge — efficit qualitatem, de qua in can. 1098.

7. — Probatio deceptionis dolosae fit ordinarie suetis adhibitis mediis probatoriis, inter quae eminent partium et testium fide dignorum declarationes. Prae oculis tamen habendae sunt exigentiae probatoriae singulorum elementorum essentialium normae in can. 1098 statutae. In specie, quod attinet ad probationem erroris, adhibenda sunt specifica criteria probationis indirectae, nempe criterium aestimationis et reactionis, haud praetermissa «agendi ratione dolum inferentis et dolo decepti» (coram Ferreira Pena, sent. diei 17 iulii 2001, RRDec., vol. XCIII, p. 500, n. 9). Opportuna seligenda sunt etiam media et criteria probationis relate ad qualitatem, cum qualitas moralis probatur ordinarie per testes et qualitas physica potissime per documenta et aliquando etiam per peritias. Quae omnia videnda sunt in contextu circumstantiarum praematrimonialium et postmatrimonialium.

8. — **In facto.** — Valde implexa fuit hac in causa instructio, praesertim in primo iudicii gradu. Cum autem Nobis non est respondendum ad omnia puncta controversa, sed solummodo responsum praebere ad dubium concordatum, procedamus immediate in medias res, incipiendo a qualitate circa quam Actor fuisset deceptus.

9. — Iam in libello causae introductorio Actor fuse locutus est de suo desiderio paternitatis, sed haud obstantibus intercursibus aptis ad prolem procreandam, Conventa numquam facta est gravida. Quaedam locutio viri suggerere videtur sterilitatem mulieris uti qualitatem circa quam ille deceptus fuisset: «forse, Anna, già prima delle nostre nozze, fosse a conoscenza della impossibilità di avere dei figli» et denique: «sentendomi ingannato e defraudato nelle mie legittime aspettative di paternità, nel maggio del 2004,

coerentemente con la mia concezione del matrimonio, ho intrapreso il giudizio di separazione legale; ed è per lo stesso motivo che oggi chiedo la dichiarazione di nullità del mio matrimonio».

In sua depositione iudiciali vir pressius explicavit gressus qui eum duxerunt ad persuasionem quod uxor «non poteva dar[gli] naturalmente e normalmente dei figli». Nempe, post aliquot menses relationum, quae aptae erant ad conceptionem prolis, sed frustra, Conventa adivit in primis peritam in arte medica suae familiae, quae erat etiam gynaecologa, scil. doct. C. Illa, refert vir, «ci mandò presso l'Istituto I.M.I. per un accertamento approfondito della nostra situazione procreativa. Ci ha seguiti il Dott. M.». Ita detectum est quod «Anna aveva la tuba sinistra occlusa». Sine effectum manserunt consilia ac therapia adhibita. Denique, prosequitur vir, «ci siamo [...] rivolti a diversi ginecologi, per avere risolto il nostro problema, senza alcun esito, perché tutti ci portavano allo stesso suggerimento, cioè il Fivet».

Conventa eodem sensu deposuit in iudicio et rettulit etiam de consultatione doct. P., qui «non spiegandosi il perché non venivano bambini nei nostri rapporti, chiese un esame sulla compatibilità dei nostri “gameti”. L'esito risultò negativo, cioè era tutto a posto». Quam ob rem idem medicus «ebbe a dire che era inspiegabile questa sterilità di coppia».

Patronus mulieris conventae exhibuit in primo iudicii gradu relationem medicam diei 16 decembris 2004, peractam a doct. Brunone Pinzello, qui est «ostetrico ginecologo, specialista nella diagnosi e cura della sterilità». Hic medicus pervenit ad sequentem conclusionem: «entrambi i coniugi non presentano, singolarmente, cause evidenti di sterilità sebbene, stante l'assenza di alcun concepimento dopo più di due anni di rapporti sessuali in assenza di protezione contraccettiva, la coppia può correttamente essere definita affetta da una forma di “Sterilità idiopatica o criptogenetica”». Ex depositione doct. Brunonis Pinzello, pe-

racta hoc in iudicii gradu, constat illum fuisse medicum ad quem coniuges, partes in causa, recurrerunt die 26 septembris 2003 ad removenda obstacula in ordine ad prolis procreationem.

His ergo prae habitis dici nequit mulierem sic et simpliciter sterilem fuisse, cum agatur, uti videtur de mero defectu conceptionis, cuius causa tribui nequit determinato coniugi. Ad omne dubium tollendum sublineavit quoque doct. Pinzello sua in relatione quod attinet ad Conventam: «risulta, all'esame ecografico, una normale funzione ovarica» et «la presenza di occlusione tubarica di destra e la contemporanea normalità della tuba di sinistra [...] non si associa a sterilità potendo la tuba normale consentire l'incontro fra ovocita e spermatozoo, la fecondazione e le prime fasi di sviluppo embrionale».

Ergo praesumpta sterilitas Conventae invocari nequit in ordine ad deceptionem dolosam Actoris.

10. — Iam in libello causae introductorio Actor indicavit aliam quoque qualitatem Conventae, circa quam deceptus fuisset, nempe mulieris thalassemiam. En sua verba: «durante [le] visite specialistiche — all'incirca nel febbraio-marzo del 2003 — improvvisamente e con mio sommo stupore, Anna dichiarò ad uno dei medici di essere portatrice sana di anemia mediterranea».

Et explicat vir, probabiliter cum auxilio sui Patroni, uti sequitur: «Io rimasi sconvolto da quella scoperta: mi sono indignato profondamente con Anna per non avermi detto subito la verità perché, se anch'io fossi stato un portatore sano di talassemia mediterranea, i nostri eventuali figli ne avrebbero potuto risentire gravemente». Vir asseverat quod solummodo recenter obtinuit notitiam circa rationem declarationis nullitatis praecedentis matrimonii Conventae, nempe «perché Anna aveva escluso la procreazione, in quanto sia lei che il suo precedente marito erano portatori sani di talassemia mediterranea».

Revera, sententia Trib. Reg. Siculi diei 21 iulii 2000, emissa in praecedenti causa d.nae Annae, hanc, praecise, agnovit causam proximam exclusionis boni prolis ex parte mulieris, quae, uti referunt praefati Iudices, «L'attrice, portatrice sana di talassemia, dopo una visita medica a cui il convenuto si sottopone viene a conoscenza che anch'egli è portatore sano di talassemia. Inizialmente essa non dà importanza alla cosa, ma poi, informata dalla sorella medico che da due portatori sani di talassemia possono essere generati soggetti ammalati, decide [...] di escludere la prole».

11. – Cum praefata Actoris declaratione cohaeret protocollo depositionis doct. Brunonis Pinzello, peractum hac in instantia, in quo legimus: «Il Patrono di parte attrice delegato chiede di poter presentare al Dott. Pinzello la fotocopia di una relazione su carta intestata, datata 26/09/03, e redatta di suo pugno su due facciate, chiedendo al teste se la riconosce come sua. Ammesso ciò, il Giudice delegato mostra il documento al teste, il quale, senza esitazione, lo riconosce come suo. Si tratta del resoconto di una prima visita fatta alla coppia, dalla quale si evince che la sig.ra non aveva mai avuto gravidanza prima, era portatrice di beta-talassemia, si richiedeva lo studio dell'emoglobina del marito per ricercare un eventuale stato di portatore di beta-talassemia [etc.]». Hoc evidenter confirmat scientiam mulieris se affectam fuisse thalassemia minore, dum vir evidenter nesciebat utrum ipse affectus esset, an non, eadem anomalia.

12. – Conventa autem, in vadimonio iudiciali hac in causa praebito, confirmavit quod «da parecchio tempo», idest ante celebrationem primi matrimonii, habebat scientiam de proprio statu, seu quod fuit «portatore sano di talassemia». Denique, quod attinet ad hodiernum Actorem, rettulit quaedam magni momenti ex tempore praematri-
moniali: «in una occasione, presente un'amica comune,

Paola, [...] invitavo Luigi a fare gli esami per verificare se anche lui fosse portatore sano. Sebbene ciò, l'attore ebbe a dirmi che nella sua famiglia nessuno era stato mai portatore sano, comunque lui si sarebbe sottoposto a questi esami, anche se a lui non interessava il risultato perché comunque voleva sposarmi e invecchiare con me, anche se i figli per questa motivazione non ne avremmo potuti avere. Ebbe a dirmi che eventualmente li avremmo adottati. All'attore io ho confidato di essere portatrice sana, già fin dal primo periodo della nostra frequentazione». In casu contrario, nempe si mulier siluerit, eius scientia in materia thalassemiae, sive theoretica sive de propria condicione ac evidenter de frequentia illius anomaliae in regione mediterranea, faciliter interpretari potuisset uti dolus omissivus.

Si accipiat praefata declaratio Conventae, thesis Actoris nullimode sustineri posset. Ast de hoc puncto dimicant partes et earum Patroni: utrum Actor deceptus fuisset ante nuptias a Conventa circa eius condicionem thalassemicam, an non. Praetermittamus nunc examen huius quaestionis, valde implexae ratione oppositionis partium, quas utriusque testes secuti sunt.

13. – Responsum ad propositum, in obiecto iudicii, dubium circa caput doli ex alio tamen angulo in hac causa venit, nempe ex prospectu ipsius qualitatis. Thalassaemia minor unius partis non constituit enim qualitatem quae consortium totius vitae graviter perturbare potest; hunc effectum efficit solummodo si utraque pars affecta est hac anomalia.

In casu prae manibus certum est quod Conventa fuit affecta thalassaemia minore. Quaenam fuit autem condicio Actoris?

Cl. mus Patronus mulieris conventae contendit quod Actor «recte sciebat quod is non erat “portatore sano” morbi thalassemici, attentis examinibus expletis, uti Conventa et eius testes confirmant». Ast declarationes Con-

ventae eiusque testium non constituunt hac in re probationem efficacem.

Maioris momenti est declaratio iudicialis ipsius Actoris, qui interrogatus a Iudice instructore, et quidem «a domanda del Patrono di p.a.» ita posita: «L'Attore si è sottoposto e quando ad analisi per accertare se era Portatore sano di Anemia mediterranea», clare respondit: «Mi sono sottoposto ad esami di questo genere, solo quando ho appreso che mia moglie era portatrice sana di questa malattia. Anche questi esami hanno stabilito che io non sono portatore sano di talassemia». Et in tabulis processualibus invenitur certificatio de peracto examine «Elettroforesi Hb» in viro actore, diei 4 octobris 2003, cum exitu negativo, indicante scil. absentiam thalassemiae minoris.

Hoc confirmat ulterius, sed solummodo indirecte, doct. Bruno Pinzello, qui hac in instantia declaravit: «avendo fatto l'inseminazione intrauterina, non potevamo non aver fatto precedentemente tutta una serie di esami, compreso quello per la Talassemia» in utroque coniuge quia, uti explicat, «tra gli esami preliminari al trattamento per sterilità, vi è l'accertamento di stato di portatore di Talassemia dei componenti della coppia».

Ergo saltem ex declaratione ipsius Actoris, fundata in exitu apti ad rem examinis, constat eum affectum non esse thalassemia minore. Hoc modo Actor voluit probare indirecte se deceptum fuisse a Conventa, sed insimul constituit probationem contra seipsum in ambitu qualitatis. Uti iam supra diximus, praesentia istius qualitatis, scil. thalassemiae minoris, in sola muliere conventa, non est apta ad declarandam nullitatem matrimonii ob dolum illatum viro a Conventa, utpote silente de propria condicione thalassemica. Ut nullitas matrimonii declarari possit ex capite doli, necesse est ut probata sint omnia elementa essentialia normae in can. 1098 statutae. Quidquid est ergo de patrata vel minus deceptione a muliere conventa, deficit Nostro in casu qualitas apta, quae in casu thalassemiae est, magis

exacte loquendo, qualitas complexa eo sensu quod consortium vitae graviter perturbare potest solummodo si qualitas praesens sit in utroque coniuge.

Inutile est ergo de aliis disceptare.

14. — Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Nos, infrascripti Patres Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi Nominis invocato, declaramus, pronuntiamus et definitive sententiamus, ad propositum dubium respondententes:

NEGATIVE,

SEU NON CONSTARE DE MATRIMONII NULLITATE, IN CASU,
SIVE OB CONDICIONEM DE FUTURO A VIRO APPOSITAM
SIVE OB DOLUM IN ACTOREM PATRATUM.

Ita pronuntiamus et mandamus locorum Ordinariis et Administris Tribunalium ad quos spectat, ut Hanc Nostram definitivam sententiam notificent omnibus, quibus de iure, ad omnes iuris effectus.

Romae, in Sede Tribunalis Romanae Rotae, die 4 octobris 2012.

Gregorius Erlebach, *Ponens*
Jair Ferreira Pena
Gerardus McKay